

mus vos bene ordinare, si populo, senatui, clero  
pœcent integrum reddatis. Quod si minime feceritis,  
ostendetis vos uni parti favisse. Nullius ergo perso-  
nam ante oculos habeatis: quamvis si vobis aliquis  
violenter vellet quæ injusta sunt imponere, missis  
rebus vestris justitiam custodire debeatis. Nam multi  
et vestræ et nostræ regionis episcopi propter Dei  
causas, et de Ecclesiis et de rebus suis jactati sunt,  
et tamen vivunt. Ego non solum impono, sed etiam  
rogō, ut faciatis quæ Deus præcepit, et quæ legistis  
in Evangelio et Apostolo. Si autem discutitis causam,  
vel sub aliquo colore melius causam judicatis. Si au-  
tē indiscussam dimiseritis, datis exemplum sacer-  
dotibus omnino male conversandi. Hæc cum diceret,

Locus hic depravatus sic restituendus est ex Cod. Colbert. Ballerinis indicantibus: aut ipsi iu-  
dicent, aut nos deputemus, qui legibus exsequantur culpas.

A proposuit similitudinem: Aliquando ut ipse fieret im-  
perator, Aspari a senatu dicebatur; qui tale fertur  
dedisse responsum: Timeo ne per me peccandi con-  
suetudo in regno nascatur. Ita dico et modo, ne  
irascantur sancti Patres nostri, ne per eos, cum non  
discusserint et ita judicaverint, consuetudo peccandi  
omnibus sacerdotibus generaliter fiat. Item si vo-  
luerit discutere causam, ut securus egrediaur, Ari-  
gernus, Gudila, et Bedeulphus sacramenta ei præsta-  
bunt. De area vero vel de domo Lateranensi, prout  
judicatum fuerit, eidem synodus reddat. De vindicta,  
quæ sperant discussionem si eis placuerit, aut ipsi  
vindictent aut quos deputemus legibus exsequantur  
culpas.

## THEODORICI, GÖTHORUM REGIS,

### PRÆCEPTIO QUARTA,

*Sive lex data a gloriosissimo Rege Theodorico [Thiederte] contra illos sacerdotes, qui substan-  
tiam Ecclesiæ fure directo aut vendere, aut donare præsumunt.*

Domitori orvis, præsuli et reparatori libertatis, B  
senatui urbis Romæ, Flavius Theodoricus Rex.

Pervenit ad nos, patres conscripti, de ecclesiæ  
missa utilitate suggestio, et nostræ mansuetudinis  
grata sacri cœtus vestri ordinatio corda pulsavit. Et  
licet post venerabilem synodum ad hujusmodi de-  
creta vestri sufficiat ordinatio sola iudicii, tamen pro  
vestrâ hujusmodi præsentibus oraculis dedimus con-  
solatione responsum; ut nulli fas sit Ecclesiæ cujus-  
libet antistiti sub qualibet alienatione de proprie-  
tate contractus usum fructum plane suum cui salva  
voluerint [Al., voverint] æquitate præstarent. Neque

B enim frustrari sola pontificis voluntate vel cleri pe-  
regrinis debita omnibus vel statui Ecclesiæ res delata.  
Quid enim tam profanum, quam ut hac largientis  
parte violetur arbitrium? Dum quod ad ecclesiam  
quisque voluit pertinere, privatæ [prave] sive vindic-  
cent per usufructuarie personæ contractum. Ergo si  
quis scelestis ausibus interdicta præsumpserit, et  
ultra usum fructum retinere cupit, episcopo vel clero  
largiente, alienata res protinus cum fructibus a ve-  
nerando præsule vindicetur. Et cætera. Data vidus  
Martias Ravennæ, Venantio v. c. consule (anno  
Christ. 507).

## IV.

### ATHALARICUS, AMALASUINTHA, THEO- DATUS, VEL THEODAHADUS, VITIGES.

(Horum pietatis et fidei varia monumenta exstant apud Cassiodorum, in Variarum li-  
bris VIII, IX et X. Leges præsertim libri VIII epist. 8, 24, 33 [Patrol. tom. LXIX; col. 739,  
757, 763]; libri IX, epist. 5, 15, 16 [Ibid., coll. 770, 778, 781]; libri X epist. 9, 15, 26, 34  
[Ibid., coll. 798, 808, 815, 822].)

## V.

### CLODOVEUS,

#### REX FRANCORUM.

### CLODOVEI REGIS PRÆCEPTUM AD EPISCOPOS POST BELLUM GOTHICUM.

*De captivis tum clericis, tum laicis, episcoporum arbitrio et testimonio relaxandis.*

Dominiis sanctis et apostolica sede dignissimis epi- C  
scopis Chlotovechus rex

Enuntiant fama, quid actum fuerit vel præceptum  
omni exercitui nostro, priusquam in patriam Gotho